MAlachias factus dunenſis eps̄ confeſtim more
ſuo curauit aſciſcere ad ſolatium ſibi de filiis ſuis
conuentū regulariū clericorū. Et ecce rurſus ac-
cingitur quaſi nouus xp̄i tyro ad ſpiritale certa
men, rurſus induit arma potentia deo: ſanctæ paupertatis
humilitatem, rigorem diſciplinæ cœnobialis, ociū conte-
plandi, orandi aſſiduitatem. Quæ tamen oīa uoto magis
ualuit diu tenere quā actu. Etenī uniuerſi confluebant ad
eū: nec modo mediocres ſed & nobiles & potētes, illius ſe
ſapientiæ & ſanctitati inſtruēdos, corrigēdos, ac regēdos,
cōmittere feſtinabant. Et ipſe interdū ibat & exibat ſemi-
nare ſemen ſuum: diſponens & decernens tota auctoritate
de rebꝰ eccleſiaſticis tāquā ex apoſtolis unus. Et nemo illi
dicebat in qua ꝑtāte hæc facis: uidētibꝰ cunctis ſigna & ꝓ-
digia q̄ faciebat: & quia ubi ſpūs dn̄i ibi libertas. Viſum tn̄
ſibi nō tute ſatis actitari iſta, abſq; ſedis apoſtolice auctori-
tate, & romā ꝓficiſci deliberat: maximeq; qđ metropolicæ
ſedi deerat adhuc, & defuerat ab initio pallij uſus: quod eſt
plenitudo honoris. Et uiſum eſt bonum in oculis eius ſi ec
cleſia pro qua tm̄ laborarat: quē haſtenꝰ nō habuerat ſuo
acq̄reret ſtudio & labore. Erat & altera metropolica ſedes
quā de nouo cōſtituerat celſus: primæ tn̄ ſedi, & illius ar-
chiep̄o ſubdita tanquā primati: & huic quoq; optabat ni-
hilominus palliū malachias: cōfirmariq; auctoritate ſedis
ap̄licæ ꝓrogatiuā, quā bn̄ficio celſi adipiſci meruerat. In-
noteſcente ꝓpoſito diſplicuit fratribus: necnō & magnati
bus, & populo terræ. Oēs eīn intolerabilē ſibi iudicabant
tā diutinā oīm pij parentis abſentiā: & quod metuerent de
morte ipſius. Cōtigit interea mori germanū eius chriſtia-
num noīe uirū bonū plenū gratiæ & uirtutis. Eps̄ erat illi
q̄dē ſedis in celebri opinione: ſed uitæ ſc̄timonia & iuſtitiæ
zelo forte nō impar. Huius deceſſus magis terruit uniuer-
ſos: & diſceſſum malachiæ reddidit moleſtiorē. Dicebant
aūt nullo modo aſſentiendū unici ꝑegrinatiōi patroni: ut
nō deſolet oīs terra ſi duabus tātis colūnis ſub uno momē
to tēporis deſtituat. Ergo oēs pariter cōtradicunt. Et uim
faciebāt: cū ille diuinā ultionē minatus eſt. Non tn̄ deſtite-
re illi, niſi miſſa ſorte, prius dei uoluntas ſuper hoc interro
garetur. Prohibente illo nihilominus mittunt: ſed illa pro
malachiæ ꝑte ter rn̄diſſe inuēta eſt. Nec eīn una contēti ui
ce fuere cupidi retinendi eū, demū cedentes dimittūt illū:
non tn̄ ſine ploratu & ululatu multo. Sed nequid imperfe-
ctū relinqueret: tractare cœpit quō defuncti fratris ſemē ſu
ſcitaret. Et accerſitis ad ſe tribꝰ diſcipl̄is ſuis: anxius æſtua
bat quiſnā dignior ad hoc opus ſiue utilior uideretur. Et
diligenter intuitus ſingulos, tu, inquit, ô edane (ſic eīn uo-
cabat unus) ſuſcipe onus. Ille cunctāte & flente: ne timeas,
ait, tu enim mihi à domino deſignatus es: quia annulū au-
reū quo deſpoſandus es iā nūc ꝓuidi in digito tuo. Acqe-
uit ille: & malachias eo cōſecrato ꝓficiſcit. ¶Cūq; egreſ-
[illegible]s de ſcotia perueniſſet eboracū: ſacerdos quidā ſycarus
noīe intuitus eum agnouit. Nec eīn faciē eius uiderat ante
ſed cū haberet ſpm̄ ꝓphetiæ reuelatū fuerat ei iāpridē de
illo. Et nūc incūctanter circūſtātibꝰ digito eū demōſtrās:
hic eſt, inq̄t, de quo dixerā, q̄a de hybernia ſc̄tūs ueniet pō
tifex, q̄ ſcit cogitatiōes hoīm. Sic nō potuit latere lucerna
ſub modio: ꝓdēte eā ꝑ os ſycari ſpū ſc̄tō, qui illā accēderat.
Nā & multa ſecreta de eſſe ſuo, ſuorūq; dicta ſunt ei à ſyca-
ro: que ita eſſe uel fuiſſe oīa recognouit. Sed & ſocijs mala-
chiæ percūctantibus de ſuo reditu rn̄dit ſycarus incunctā
ter, qđ poſt rei ꝓbauit euentꝰ: paucos uidelicet ad modū
de numero illo cum ep̄o redituros. Illi audito hoc ſuſpica
ti ſunt mortē: ſed deus aliter adimpleuit. Nēpe rediens ab
urbe quibuſdā apud nos, quibuſdā & in alijs locis ad di-
ſcendā conuerſationis formā relictis: iuxta uerbum ſycari
cū paucis admodū repatriauit. Hæc de ſycaro. ¶In ipſa ur
be eboracenſi acceſſit ad eū uir nobilis ꝑm ſcl̄m uualleuus
noīe: tūc prior in kyrkebā regulariū fratrū, nūc uerò mo-
nachus & monachorū [illegible] m mailros monaſterio ordi-
nis noſtri: qui deuotꝰ malach[illegible] ſatis hūiliter cō
medauit. Is aduertēs multos habere ep̄m ſocios & equos
paucos (nā præter miniſtros & clericos alios, quiq; cum eo
erāt pbr̄i & equi nō niſi tres) obtulit ei ſuū quo ipſe uehe-
bat: hoc ſolum dolere ſe inquiēs ꝙ eſſet runcinus dure por
tās. Et addit. Libētiꝰ dediſſem ſi melior fuiſſet: ſed ſi digna-
mini ducite qualēcūq; uobiſcū. Et ego (ait eps̄) eo libētiꝰ
accipio quo ꝓdicas uiliorē: q̄a nō pōt mihi uile eē q̄cq̄d tā
ꝓcioſa uolūtas obtulerit. Et cōuerſus ad ſuos hūc, inquit,
ſternite mihi q̄a cōmodꝰ ſatis & ſufficiēs erit in lōgū. Quo
facto aſcēdit: & primo q̄dē durū ut erat ſentiēs, poſtmodū
mira mutatiōe ualde cōmodū ſibi & ſuauiter ambulātem
inuenit. Et ne caderet ſuper terrā de ſermone quē dixerat
uſq; ad nonum annū quo mortuꝰ eſt ipſe, nō defecit ei: fa-
ctus optimus & precioſiſſimus palefridus. Quodq; euidē-
tius miraculum cernentibꝰ fecit: de ſub nigro cœpit albe-
ſcere: & nō multo poſt uix inueniebatur albior illo. ¶Mi-
hi quoq; in uia hac datum eſt uidere uirum: & in eiꝰ uiſu
& uerbo refectus ſum, & delectatus ſum ſicut in oībus diui
tijs. Et ego uiciſſim, peccator licet, inueni gratiā in oculis
eius extunc & deinceps uſq; ad obitum ipſius: ſicut in ꝓœ
mio præfatus ſum. Ipſe etiā dignatus diuertere claramual
lem, uiſis fratribus compunctus eſt: & illi non mediocriter
ædificati in præſentia & ſermone eius. Et acceptās locum
& nos, atq; intimis uiſceribus colligens: ualedixit nobis
& abijt. Qui tranſalpinas cum ueniſſet Iporiam ciuitatem
Italiæ: hoſpitis ſui paruulum filium, qui male habens mo-
riturus erat, continuo ſanauit.

ERat tunc tēporis in ſede apoſtolica felicis memoriæ
ſecundus Innocentius papa, qui eum benigne ſuſce-
pit: humane ſatis illi ſuper lōga peregrinatione cōpaſ
ſus. Et primo quidem malachias quod altius infixerat ani
mo, cum multis lachrymis implorabat: licere ſibi uiuere &
mori in claraualle permiſſu & benedictione ſummi ponti-
ficis. Et petijt hoc non oblitus ad quod uenerat: ſed affectꝰ
quo uenerat deſiderio clareuallis. Nō autē obtinuit, quòd
uir apoſtolicus lucris potius uberioribus occupandū de-
cerneret. Nec tn̄ omnino fruſtratus eſt à deſiderio cordis
ſui: cui mori ibi etſi nō uiuere donatum eſt. Menſem inte-
grum fecit in urbe: loca ſancta perambulans, & frequētans
cauſa orationis. Cumq; per id temporis ſæpe ac diligēter
ab eo & ab his qui cum eo erant, ſummus pontifex inqui-
ſiſſet eſſe patriæ: mores gētis, ſtatum eccleſiarum, & quan-
ta in terra deus per eum operatus fuiſſet: paranti iam repa
triare commiſit uices ſuas, per uniuerſam hyberniam lega
tum illum cōſtituēs. Significatum ſiquidem erat ei ab epi-
ſcopo Gilleberto (qui ut ſupra memorauimus tūc legatus
extiterat) ꝙ iam nō poſſet præ ſenio & debilitate corporis
uillicare. Poſt hæc petit malachias cōfirmari nouæ metro-
polis conſtitutionē: & utriuſq; ſedis pallia ſibi dari. Et con
firmationis quidem priuilegiū mox accepit: de pallijs au-
tem oportet, ait ſummus pontifex, ſolennius agi. Cōuoca-
tis epiſcopis & clericis & maioribꝰ terræ celebrabis gene
rale concilium: & ſic cōniuētia & cōi uoto uniuerſorū per
honeſtas perſonas requiretis pallium & dabitur uobis.
Deinde tollens mitram de capite ſuo, impoſuit capiti eius
ſed & ſtolam cum manipulo dedit illi quibus uti inter of-
ferendum ſolebat. Et ſalutatum in oſculo pacis dimiſit eū:
apoſtolica fultum benedictione & auctoritate. Qui reuer-
tens per claraūallem ſuā ſecūdū nobis largitus eſt benedi
ctionem. Et alta ſuſpiria trahens ꝙ non liceret ſibi pro ſuo
deſiderio remanere, hos, inquit, interim ꝑ me oro ut reti-
neatis, qui à uobis diſcāt quod nos poſtmodum doceant.
Et infert. Erunt nobis in ſemen, & in ſemine iſto benedicē-
tur gentes: & illæ gentes quæ à diebus antiquis monachi
quidem nomen audierunt, monachum non uiderunt. Et
dimiſſis quatuor à latere ſuo: abijt. Qui probati & digni
inuenti: monachi facti ſunt. Poſt aliquot tempus cum iam
ſanctus eſſet in terra ſua, miſit alios: & factum eſt de illis ſi-
militer. Quibus per aliquantū tempus inſtructis & erudi-
tis corde in ſapiētia dato eis in patrē ſancto fratre xp̄iano
qui erat unus ex ipſis, emiſimus eos: adiungentes de no-
ſtris quanti ſufficerent ad numerū abbatiæ. Quæ cōcepit
& peperit